

Joachim Lütkemann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Lutkeman ... Ad  
Exequias Quas Matri ... Catharinae Dumraths/ Hodierna media prima in templo  
Mariano, Vir ... Dn. Johannes Quistorpius, ... paratas cupit: Omnes omnium Cives  
Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747431132>

Druck    Freier  Zugang



Lutkeman, J.,

in

**C. Dumrath.**

Rost. 1647.

21.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747431132/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747431132/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn747431132/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747431132/phys_0004)

DFG

160.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JOACHIMUS LUTKEMAN,  
Theol. Licentiatus; Ecclesiastes &  
Professor Physices Metaphysicesq;  
Ordinarius.  
*AD EXEQUIAS*  
Quas  
*Matri sue dilectissima, Matrona devotissima*  
**CATHARINÆ**  
*Sumrathß/*  
Hodierna media primâ in templo  
Mariano,  
*Vir pl. Reverendus & Excellentissimus*  
**DN. JOHANNES QUISTORPILIS,**  
S. S. Th. D. & Prof. Facultatis Senior & Mi-  
nisterij Superintendens, paratas  
cupit:

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
officiorē & amanter invicati*

•S(0)S•

ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. XLVII.

PROGRAMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCENSIS  
JOACHIMUS LUTHERMAN  
THEOLOGI LICENTIAE ET CLEGIS ET  
POTEST PHYSICIS MEDICALIBUS  
OLIGISTICO  
AD EXCELSIA  
CATHARINE  
HOGLIUS MEDIS PRIMAVERA  
NUNI GRANULAE ET BALSAMAE  
DR JOHANNES DISSTORPIUS  
AC TULLIAE BORGESONIAE PATER  
HUGO GUDINUS PATER  
CORNELIA GUDINAE GUDINAE  
LUTHERIANA  
THEODORUS KETTNER  
ANNAE C. DE TELLIS



**O**ngævitas beneficium est,  
qvo suis se Cultoribus commen-  
dat, cœlestis sapientia, Internuncio  
Regum sapientissimo, Proverbio-  
rum capite 3, vers. 16. *Longitudo*  
*dierum in dextera ejus, in sinistra opulentia & gloria.*  
Loci sensum petunt, ex antiquissima in digitis  
computandi ratione, cuius mentionem faciunt  
plurimi Scriptores, tum Ecclesiastici tum pro-  
fani. Venerabilis Beda I. de Indigitat. eam ita  
recenset: *Cum dicas unum, minimum in leva di-  
gitum inflectens in medium palma figes: Cum duo,*  
*secundum à minimo flexum ibidem impones: Cum*  
*tria, tertium similiter inflectes: cum quatuor, cun-  
dem minimum levabis: cum quinqꝫ, secundum à*  
*minimo similiter eriges: Cum sex, tertium elevabis:*  
*Cum septem, minimum super palma radicem, cateris*  
*levatis, impones: cum octo, medium: cum novem,*  
*impudicum è regione compones: cum decem, unguem*  
*indicis in medio pollicis ortu figes: cum viginti, sum-  
mitatem impudici inter nodos indicis & pollicis arctè*  
*figes: cum triginta, ungues indicis & pollicis arctè*  
*conjunges: cum quadraginta, interiora pollicis lateri*  
*A 2 qm sup. m. appl-*

100

applicabis: cum quinquaginta, pollicem ad palmam,  
inclinabis: cum sexaginta, pollicem, ut supra, curva-  
tum, indice circumflexo diligenter à fronte præcinges:  
cum septuaginta, indicem, ut supra, circumflexum,  
pollice in longum extenso implebis. ungue sc. illius in  
medium indicis artum fixo: cum nonaginta, indi-  
cis inflexi unguem radici pollicis erecti infiges. At-  
que hæc tenus in læva. Centum verò in dextra, quo-  
modo in læva decem facies: ducenta, ut in lava vi-  
ginti Ec. usq; ad nongenta. Item mille in dextra,  
quomodo unum in lava, Ec sic deinceps. Hæc ex  
annotationibus Bedæ adduximus, non quod  
magni faciamus hanc in digitis numerandi ar-  
tem, sed ut constet, quæ computationis differen-  
tia fuerit in manu læva & dextra. Minores nu-  
meros sinistrâ figurabant, maiores dextrâ. Pri-  
fco hoc ritu considerato, quid erit: *longitudinem*  
*dierum continere in dextrâ; nisi mortem per plurima*  
*tempora differre.* Evidem hodiè si quis sapien-  
tiæ filius, pollicem curvatum indice circumflexo  
à fronte præcingit in læva, eum in annorum  
computatione multum progressum fuisse existi-  
mamus. Et quotus quisq; est, qui dextrâ suos  
computet annos? Idcirco, diebus hujus vitæ  
sapienter in Deo peractis, longos quos in cælo ex-  
pectamus annos addimus, laudaturi, illam lon-  
gævitatem, qua sapientia suos beat filios. Ter-  
rena

rena bona si respicis, non tam dura est, cælestis sapientia, ut planè ea suis cultoribus deneget, finistrâ tamen computat: vitam vero, illam puta, quæ in conspectu Dei vita est, dextrâ permetitur, qua interminabiles numeri conformari solebant. Quod quamvis in cælo potissimum consumetur, non tamen contemnendum beneficium est, si in hoc quoq; mundo sapientiæ Alumnis diuturnam vitam divina clementia indulget. Si enim quodeunq; in hac vita agimus sementum est, quis dubitat largam messem secuturam, si diu multumq; laboravimus? *Quicquid enim semina verit homo, hoc et metet.* (Gal. 6, 7.) Vix quoq; credo, animus erit, tam ab humanitate alienus, ut desiderio aliquo jucundissimæ illius benedictionis non trahatur, quæ iis, qui Deum timent, est promissa: *videre filios ut plantas oleorum, et natos filii nostris.* (Psalmo 128, 3. 6.) Quis igitur satis æstimare potest felicitatem Devotissimæ Matronæ CATHARINÆ Dumrathæ/ jam defunctæ, quæ, parum absfuit, quin annos suos dextrâ numerare cæpisset, attingens octogesimum quintum. Vedit liberorum liberos triginta quinque; & ex his qui nati fuerant, quatuordecim. Quibus si addas octo, quas ipsa peperit, animas, amplexa est liberos quinquaginta septem, ex suo sanguine formatos. Rarissimum benedictionis

divinæ exemplum. Nata est beatissima hæc Ma-  
trona in horto nostro Rostochiano Anno 1562.  
Progenitoribus et si non in mundo splendidissi-  
mis, honestissimis tamen, Patre HENRICO  
Dunirath / Alutario; Matre ANNA HALE-  
KE N, cujus ex fratre nepos Dn. JOACHIMUS  
HALEKE, Senator & Camerarius Rigensis pru-  
dentissimus adhuc est in vivis. Fratres emortua-  
tres, ex quibus primus Bergæ in Femariæ; secun-  
dus Altenuvorda in Dithmarsia Ecclesiastes; ter-  
tius Scholæ apud nos trivialis Collega fuit; eam  
ad gaudia cœlestia præcesserunt. In pietatis reiq;  
familiaris studio educata, ubi ad annos nubiles  
pervenit Anno 1582 nupsit Honestissimo & In-  
tegerrimo Viro JOCHIMO QUISTORPIO,  
Civi Rostochiensi. Quod conjugium vel hoc  
nomine felicissimum deprædicandum, quod si-  
lum orbi Christiano protulit & educavit, cujus  
eminentissima eruditione, incredibili rerum-  
usu, & felicissimum consiliis tum expeditio-  
nibus respublica nostra Rostochiensis fruitur &  
gaudet. Inter prolem enim octonariam hujus  
conjugii numeratur, Vir plurimum Reverendus  
& Excellentissimus Dn. JOHANNES QUI-  
STORPIUS, SS Th. Doctor & Professor Ce-  
leberrimus, Facultatis Senior, & Ministerii Su-  
perintendens Vigilantissimus, Collega noster  
hono-

honoratissimus. Vivat diu. Vivunt cum eo ad-  
huc duo Fratres HENRICUS & PETRUS, una  
soror CATHARINA. Quatuor cœlo jam sunt  
recepti. Conjugio ad annum vigesimum secun-  
dum protracto, moritur Maritus, Anno sc. 1604.  
Decennium integrum vidua, transit ad secunda  
vota, Anno 1614 nupta Viro Reverendo Dn. Ma-  
gistro BERNHARDO BOJEMO, Verbi Divini  
in Ecclesia quæ Christo in Wittenborg colligitur,  
suo tempore ministro. Hujus Frater conjugali  
amplexus est amore unicam filiam filii B. Luthe-  
ri, quod in memoriam Magni Prophetæ Germani  
negligi hic non debebat. Altero Defunctæ con-  
jugio post septendecennium Mariti morte ru-  
pto Anno puta 1631, filius ejusdem jam laudatus  
Dn. D. JOHANNES QUISTORPIUS, eam ceu  
Matrem dilectissimā in ædes suas recepit, fovit,  
juxta cum conjugé, quæ non minus eam quam  
matrē fovit, aluit. O larga benedictio! *Honora pa-  
trem & matrem tuam, ut bene tibi sit, & prolongentur  
dies tui super terram.* Sed quid Matrona egit? temp⁹  
omne orationibus & divino cultui ttibuit. Si  
nulla devotæ animæ oratio perit, quantum be-  
nedictionis thesaurum suis pia Matrona, preci-  
bus collegit domui Quistorpianæ! Ante obitum  
quatuordecim dies decubuit. Decumbens bea-  
tissimo animæ fatiscentis pabulo ex sanctissima  
Eucharistia recreari petiit; recreata in oratione

san-

sandtorūq; gemituū devotione constans permā-  
sit, prolē ad tertīā usq; generationē multiplicem  
circa lectū consistētē, cū animi gaudio cōspexit,  
preces certatim recitantem audivit, eiq; felicita-  
tem & omnia bona exoptavit, donec advenien-  
te decretorio die, qui fuit tertius hujus mensis  
Februarii, qui ipse ultimam de corporis animæq;  
divortio tulit sententiam; æternitatis jam cupi-  
dissima beatam animam ē terrenis fæcibus e-  
molientem Servatori tradidit, hora quarta ma-  
titutinā. Ita & hæc vixit: diutissimè quidem, sed  
& minimè diu, nisi æternitati vixisset, & æter-  
num perennaturæ justitiaæ. Ubi enim tot millia  
dierum, quos, durante vita, matrona hæc vidi?  
Fugierunt, evanuerunt, in æternum non reditu-  
ri. Nihil omnium supereft, præter id quod Chri-  
sto Jesu vixit. Quia autem hodiè beatissimæ ma-  
tronæ exuvias telluri committer pietas Quistor-  
piana, cogitate cives Academicí, quid Quistorpii  
virtus mereatur, quam ex merito prædicare, nec  
ego sufficio, nec hujus chartæ modus sinit; suffi-  
ciat eam memori menti omnium tum Academiæ  
tumurbis civium inscriptam esse. Adeste ergo fre-  
quentes, & quod vir summus Dn. D. Quistorpius,  
una mecum petit, supremum humanitatis mu-  
nus matronæ piæ & beatæ exhibete, quæ huma-  
bitur in templo Mariano horâ mediâ primâ.  
Deus vos omnes florentes in Christo, valentesq;  
conseruet. P.P. Rostochii die 5, Febr. Anno, 1647.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747431132/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747431132/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn747431132/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747431132/phys_0014)

DFG





honoratissimus. Vivat diu. Vivu  
huc duo Fratres HENRICUS & P  
foror CATHARINA. Quatuor c  
recepti. Conjugio ad annum vige  
dum protracto, moritur Maritus,  
Decennium integrum vidua, tran  
vota, Anno 1614 nupta Viro Rever  
gistro BERNHARDO BOJEMO,  
in Ecclesia quæ Christo in Wittenb  
suo tempore ministro. Hujus Fr.  
amplexus est amore unicam filian  
ri, quod in memoriam Magni Prop  
negligi hic non debebat. Altero I  
ugio post septendecennium Ma  
pto Anno puta 1631. filius ejusdem  
Dn D. JOHANNES QUISTORE  
Matrem dilectissimā in ædes suas  
juxta cum conjugé, quæ non mi  
matrē fovit, aluit. O larga benedi  
trem⁹ matrem tuam, ut benē tibi sit,  
dies tui super terram. Sed quid Matro  
omne orationibus & divino cul  
nulla devotæ animæ oratio perit,  
neditionis thesaurum suis pia Ma  
bus collegit domui Quistorpianæ.  
quatuordecim dies decubuit. De  
tissimo animæ fatigentis pabulo  
Eucharistia recreari petiit; recrea



ad.  
una  
funt  
un-  
504.  
nda  
Ma-  
vini  
tur,  
gali  
nbe-  
hani  
on-  
ru-  
atus  
ceu  
vit,  
iam  
spa-  
ntur  
mp⁹  
Si  
be-  
cci-  
um  
pea-  
ima  
one  
san-